A. D. 1934 CURRENDA Nrus II

PISMO URZĘDOWE TARNOWSKIEJ KURJI DIECEZJALNEJ

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

INDEX FACULTATUM
QUINQUENNALIUM

FORMULA III.
REVMO ORDINARIO TARNOVIENSI

SSmus D. N. PIUS PP. XI. his Sacrae Congregationis Consistorialis litteris, iuxta Motu Proprio „Post datam" diei 20 aprilis 1923, benigne indulget, ut Revmus Dominus **Franciscus Lisowski,** *Ordinarius*[1] *dioecesis Tarnoviensis, a subsignata die ad integrum annum 1938 quo de iure exhibenda est relatio dioecesana, uti possit facultatibus quae, a respectivis SS. Congregationibus statutae, in hoc indice continentur.*

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 23 Octobris 1933.

R. C. CARD. ROSSI, a Secr.

L. † S.

1.

Ex Suprema S. Congregatione S. Officii:

1⁰. Concedendi non ultra triennium, licentiam legendi ac retinendi, sub custodia tamen ne ad aliorum manus perveniant, libros prohibitos et ephemerides, exceptis operibus haeresim vel schisma ex professo propugnantibus, vel etiam ipsa religionis fundamenta evertere nitentibus nec non operibus de obscoenis ex professo tractantibus, singulis christifidelibus sibi subditis, nonnisi tamen cum delectu et iusta ac rationabili causa (cfr. can. 1402, § 2, *Cod. I. C.)*, iis scilicet tantum, qui eorumdem librorum et ephemeridum lectione sive ad ea impugnanda sive ad proprium legitimum munus exercendum, vel iustum studiorum curriculum peragendum, vere indigeant.

Adnotandum. — Recensita facultas Episcopis conceditur per se ipsos personaliter exercenda, seu nemini deleganda; et graviter onerata ipsorum conscientia super reali omnium memoratarum conditionum concursu.

---

[1]) *Facultatibus, quae in hoc indice, suis locis, Episcopo dioecesano personaliter reservantur, ipse tantum uti poterit.*

2.

Ex S. Congregatione de disciplina Sacramentorum:

1. Dispensandi *iusta et rationabili ex causa* super matrimonialibus impedimentis minoris gradus, quae in can. 1042 recensentur, nec non super impedimentis impedientibus, de quibus in can. 1058, ad effectum tantum matrimonium contrahendi.

2. Dispensandi *ex gravi urgentique causa*, quoties periculum sit in mora et matrimonium nequeat differri usque dum dispensatio a Sancta Sede obtineatur, super impedimentis infra recensitis:

a) consanguinitatis in secundo aut in tertio cum primo mixtis, dummodo nullum exinde scandalum aut admiratio exoriatur;

b) consanguinitatis in secundo lineae collateralis gradu;

c) affinitatis in primo lineae collateralis gradu aequali vel mixto cum secundo;

d) publicae honestatis in primo gradu, dummodo nullum subsit dubium quod coniux esse possit proles ab altero contrahentium genita.

3. Dispensandi tempore et in actu Sacrae Pastoralis Visitationis aut Sacrarum Missionum, et non ultra, super omnibus matrimonialibus impedimentis supra memoratis cum iis qui in concubinatu vivere reperiuntur.

4. Sanandi in radice matrimonia nulliter contracta ob aliquod ex impedimentis iuris ecclesiastici maioris vel minoris gradus, exceptis iis provennientibus ex sacro presbyteratus ordine et affinitate in linea recta, matrimonio consummato, si magnum adsit incommodum requirendi a parte, ignara nullitatis matrimonii, renovationem consensus, dummodo tamen prior maritalis consensus perseveret et absit periculum divortii; monita tamen parte conscia impedimenti de effectu huius sanationis et debita facta adnotatione in libro baptizatorum et matrimoniorum.

Adnotanda. — 1⁰. Ordinarius recensitis facultatibus, sive per se sive per alias idoneas ecclesiasticas personas ad hoc specialiter deputandas, uti poterit in matrimoniis contrahendis et nulliter contractis cum suis subditis ubique commorantibus et aliis omnibus in proprio territorio actu degentibus, facta in unoquoque casu expressa mentione huius Apostolicae delegationis ad normam canonis 1057.

2⁰. In usu earumdem facultatum prae oculis habeantur quae in can. 1048 ad 1054 statuta reperiuntur.

3⁰. Ordinarius, in fine cuiuslibet anni, referat ad Sacram Congregationem Sacramentorum, per tramitem S. Congregationis Consistorialis, de numero et specie dispensationum quas vigore praesentis Indulti ipse fuerit elargitus.

3.

Ex S. Congregatione Concilii:

1. Reducendi per quinquennium, ob diminutionem redituum, perpetua Missarum onera ad rationem eleemosynae in dioecesi legitime vigentis, quoties nemo sit qui de iure teneatur et utiliter cogi queat ad eleemosynae augmentum, et sub lege ut de Missarum ita reductarum satisfactione a singulis celebrantibus Curia dioecesana quovis anno legitime doceatur.

2. Transferendi per quinquennium infra fines dioecesis onera Missarum in dies, ecclesias vel altaria alia a fundatione statuta, dummodo adsit vera necessitas nec divinus cultus idcirco minuatur aut populi commoditati praeiudicium inferatur, exceptis tamen legatis quae in certis locis adimpleri facile possunt per eleemosynae augmentum, et cauto ut de translatarum Missarum satisfactione quovis anno Curia dioecesana a singulis celebrantibus legitime doceatur.

3. Transferendi per quinquennium exuberantia Missarum onera etiam extra dioecesim, cauto tamen ut quam maximus Missarum numerus intra fines dioecesis celebretur atque adamussim serventur praescripta Codicis Iuris Canonici circa cautelas adhibendas in Missis committendis.

4.

Ex S. Congregatione Religiosorum:

1. Dispensandi, ad petitionem Superiorum, super illegitimitate natalium ad ingrediendum in Religionem, quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, dummodo ne agatur de prole sacrilego commercio orta, et dispensati ad munia maiora ne eligantur iuxta praescriptum can. 504.

2. Permittendi celebrationem trium Missarum de ritu in nocte Nativitatis D. N. I. C. in ecclesiis Religiosorum non comprehensis in can. 821, § 3. cum facultate pro adstantibus ad S. Synaxim accedendi, ita tamen ut dictae tres Missae ab uno eodemque Sacerdote celebrentur.

3. Dispensandi super aetatis excessu pro admittendis ad habitum religiosum, quatenus a Constitutionibus Instituti requiratur, praevio, in singulis casibus, consensu Superiorissae Generalis, vel Provincialis et respectivi Consilii, dummodo postulantes aetatem 40 annorum ne excesserint et polleant caeteris qualitatibus requisitis.

4. Dispensandi, etiam pro Religiosis exemptis, super defectu aetatis canonicae ad S. Ordinem presbyteratus, scilicet:

a) super eiusdem defectu usque ad duodecim menses, dummodo ordinandi a suis Superioribus litteras dimissoriales acceperint et ceteras habeant qualitates a sacris canonibus requisitas ac praesertim curriculum theologicum expleverint ad normam canonis 976, § 2 C. I. C.;

b) super eodem defectu etiam ultra duodecim menses at non ultra sexdecim, dummodo alumni ne gaudeant vel indigeant alia apostolica dispensatione, servatisque ceteris conditionibus, ut sub lit. *a)*.

5. Dispensandi super dotis defectu cum Monialibus et Sororibus in toto vel in parte, dummodo status oeconomicus Instituti detrimentum ne patiatur et postulantes talibus sint praeditae qualitatibus, ut eas magnae utilitati Instituto fore certa spes habeatur.

6. Confirmandi Confessarium ad quartum et quintum triennium, dummodo maioris partis Religiosarum, convocatis etiam iis, quae in aliis negotiis ius non habent ferendi suffragium, consensus capitulariter ac per secreta suffragia praestandus prius accedat, proviso pro dissentientibus, si quae sint ac velint.

7. Permittendi celebrationem SS. Missae Sacrificii Feria V in Coena Domini, facta

licentia personis habitualiter in Communitate commorantibus sese reficiendi S. Synaxi, etiam ad adimplendum praeceptum paschale.

8. Permittendi Monialibus descensum in Ecclesiam, ut ipsae cam maiori sollertia mundare et decorare possint, exeuntibus prius ab Ecclesia extraneis omnibus, non exceptis ipsis Confessario et Monasterio inservientibus et extra Claustra degentibus; portae illius claudantur et claves Superiorissae tradantur, Moniales vero semper binae sint et porta per quam aditus interior ad Ecclesiam patet, duplici clavi claudatur, quarum una a Superiorissa, altera a Sanctimoniali ab Ordinario deputanda custodiatur et non aperiatur nisi in casibus enunciatis et cum praescriptis cautelis.

9. Permittendi Monialibus egressum e claustris urgente casu operationis chirurgicae subeundae, quamvis non secumferat periculum mortis imminentis aut gravissimi mali, per tempus stricte necessarium, praescriptis debitis cautelis.

5.

Ex S. Congregatione Rituum:

1. Deputandi Vicarium Generalem vel alium sacerdotem, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutum, ad altariae fixa et portatilia consecranda, servato ritu et forma Pontificalis Romani.

2. Deputandi sacerdotes, si fieri potest, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad altaria fixa et portatilia exsecrata consecranda, adhibita breviori formula *B* pro casibus can. 1200, § 1 Cod. I. C.; dum in casu can. 1200, § 1, iam indulta fuit per ipsum canonem facultas et adhibenda est formula *A*.

3. Deputandi Vicarium Generalem vel alium sacerdotem, in aliqua ecclesiastica dignitate constitutum, ad consecrandos calices et patenas; servato ritu et forma Pontificalis Romani.

4. Quando in Missa Hebdomadae Maioris dicitur *Passio*, pro sacerdotibus qui, praehabita facultate, binas Missas rite celebrant, legendi in una Missa tantum ex *Passione* postremam partem *(Altera autem die*, etc.) praemissis: *Munda cor meum*, etc. — *Sequentia sancti evangelii secundum* (*Matthaeum*).

5. Benedicendi obiecta pietatis signo crucis, servatis ritibus ab Ecclesia praescriptis. Occasione tamen visitationis pastoralis, quando multi petunt et plura ac varia exhibent eiusmodi obiecta benedicenda, saepe etiam cum diversis formulis, hisce in casibus permittitur unica formula brevior, dum fit signum crucis super obiecta nempe: „Benedicat haec omnia Deus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Amen“.

6. Celebrandi Missam *de Requie* lectam semel in Hebdomada ab Ordinario in proprio Oratorio; dummodo non occurrat Festum ritus duplicis, primae aut secundae classis, Dominica aut Festum de praecepto etiam suppresso, necnon Octava privilegiata. Feria Quadragesimae, Quatuor Temporum, II Rogationum, Vigilia aut Feria in qua anticipanda vel primo reponenda est Missa Dominicae: servatis de cetero Rubricis.

6.

Ex S. Poenitentiaria:

1. Absolvendi quoscumque poenitentes (exceptis haereticis haeresim inter fideles e proposito disseminantibus) a quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis ob haereses

tam nemine audiente quam coram aliis externatas incursis, postquam tamen poenitens magistros ex professo haereticalis doctrinae, si quos noverit, ac personas ecclesiasticas et religiosas, si quas hac in re complices habuerit, prout de iure, denunciaverit; et quatenus ob iustas causas huiusmodi denunciatio ante absolutionem peragi nequeat facta ab eo seria promissione denunciationem ipsam peragendi cum primum et quo meliori modo fieri poterit, et postquam in singulis casibus haereses coram absolvente secreto abiuraverit; iniuncta pro modo excessuum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentorum, et obligatione se retractandi apud personas coram quibus haereses manifestavit, atque illata scandala reparandi.

2. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui libros apostatarum, haereticorum aut schismaticorum, apostasiam, haeresim aut schisma propugnantes, aliosve per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos defenderint aut scienter sine debita licentia legerint vel retinuerint; iniuncta congrua poenitentia salutari ac firma obligatione supradictos libros, quantum fieri poterit, ante absolutionem, destruendi vel Ordinario aut confessario tradendi.

3. Absolvendi a censuris eos qui impediverint directe vel in recte exercitium iurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, ad hoc recurrentes ad quamlibet laicalem potestatem.

4. Absolvendi a censuris et a poenis ecclesiasticis circa duellum statutis, in casibus dumtaxat ad forum externum non deductis; iniuncta gravi poenitentia salutari et aliis iniunctis, quae fuerint de iure iniungenda.

5. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui nomen dederint sectae massonicae aliisque eiusdem generis associationibus, quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; ita tamen ut a respectiva secta vel associatione omnino se separent eamque abiurent; denuncient, iuxta can. 2336, § 2, personas ecclesiasticas et religiosas, si quas eidem adscriptat noverint; libros, manuscripta ac signa eamdem respicientia, si qua retineant, in manus absolventis tradant, ad S. Officium quamprimum cauta transmittenda aut saltem, si iustae gravesque causae id postulent, destruenda; iniuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentatione sacramentalis confessionis et obligatione illata scandala reparandi.

6. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui clausuram Regularium utriusque sexus sine legitima licentia ingressi fuerint, necnon qui eos introduxerint vel admiserint; dummodo tamen id factum non fuerit ad finem utcumque graviter criminosum, etiam effectu non secuto, nec ad externum forum deductum; congrua pro modo culpae poenitentia salutari iniuncta.

7. Dispensandi ad petendum debitum coniugale cum transgressore voti castitatis perfectae et perpetuae, privatim post completum XVIII aetatis annum emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, huiusmodi poenitentem monendo, ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si coniugi supervixerit.

8. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio iam contracto; monitis putatis coniugibus de necessaria consensus secreta renovatione, ac iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

Item dispensandi super eodem occulto impedimento, dummodo pariter sit absque

ulla machinatione, etiam in matrimonniis contrahendis, iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

9. Dispensandi ab irregularitate ex homicidio voluntario aut abortu, de qua in can. 985, § 4, sed ad hoc dumtaxat ut poenitens ordines iam susceptos sine infamiae vel scandali periculo exercere queat; iniuncto eidem poenitenti onere intra mensem, saltem per epistolam, per alium vel per se, reticito nomine, docendo de omnibus casus circumstantiis, et praesertim quoties delictum patraverit, ad S. P. recurrendi et standi eius mandatis.

10. Concedendi, suetis sub conditionibus:

A) Plenariam Indulgentiam, lucrandam a christifidelibus, qui

a) Missae, in Pontificalibus ab Ordinario celebratae, die ab ipsomet Ordinario semel in anno in singulis dioecesis locis designanda, abstiterint;

b) ecclesiam vel publicum aut semipublicum oratorium, in actu quo ibi Ordinarius pastoralem Visitationem peregerit, devote visitaverint;

c) tempore dioecesanae Synodi, visitaverint ecclesiam, in qua ipsa Synodus habetur;

d) die generalis communionis, semel in anno, in ecclesia cathedrali vel alia ecclesia ab Ordinario indictae, sacris Epulis ibidem reficiantur;

e) tempore Missionum, quae de Ordinarii licentia in dioecesi habentur, saltem dimidium sacrarum concionum audierint;

B) Partialem Indulgentiam CC dierum, acquirendam ab iis, qui cuilibet ex concionibus, de quibus supra sub lit. *c*), devote interfuerint.

ADNOTANDA. — *1º. Ordinarius recensitis facultatibus, tum absolvendi a censuris tum dispensandi, pro foro conscientiae, etiam extra sacramentalem confessionem cum suis subditis, et extra dioecesim quoque, quatenus vel ipse vel subditus vel uterque extra dioecesim fuerint, necnon cum non subditis intra limites proprii territorii, ex speciali Sedis Apostolicae auctoritate ipsi concessa, uti valebit; easque intra fines dioecesis tantum Canonico Poenitentiario necnon Vicariis Foraneis, pro foro pariter conscientiae et in actu sacramentalis confessionis dumtaxat, etiam habitualiter, si ipsi placuerit, aliis vero confesssaris cum ad ipsum Ordinarium in casibus particularibus poenitentium recursum habuerint, pro exposito casu impertiri poterit, nisi ob peculiares causas aliquibus confessariis specialiter deputandis per tempus, arbitrio suo statuendum, illas communicare iudicabit.*

2º. Ordinarius facultatem praefatas Indulgentias concedendi nemini delegare potest, sed per se ipse tantum exercere debet.

Facultates additionales S. Congregationis S. Officii

1.º Dispensandi, iustis gravibusque accedentibus causis, cum subditis etiam extra territorium, aut non subditis intra limites proprii territorii, super impedimento mixtae religionis, et, si casus ferat, etiam super disparitate cultus, ad cautelam; quoties prudens dubium oriatur de collatione baptismi partis acatholicae; quatenus ante nuptias pars acatholica ad veram religionem adduci aut catholica ab ipsis nuptiis absterreri nequiverit, dummodo prius regulariter ad praescriptum *Cod. I. C.* can. 1061, § 2,

cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia requisitis, et *ipse R. P. D. Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri*, scilicet: ex parte nupturientis acatholici de amovendo a parte catholica perversionis periculo, et ab utroque contrahente de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque acatholicum ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem *Cod. I. C.* can. 1063, § 1, sub poena excommunicationis latae sententiae Ordinario reservatae a parte catholica incurrendae, iuxta can. 2319, § 1, n. 1^{0}, stricte caeteroquin servatis quae de parochi in casu agendi ratione statuta sunt in can. 1063, § 2.

Quod si partes actu in concubinatu vivant, provideatur opportunis modis ut scandalum, si adsit, removeatur et pars catholica ad gratiam Dei recipiendam rite disponatur, praevia eius absolutione ab excommunicatione contracta, si forte matrimonium attentatum fuerit coram ministro acatholico, eique impositis congruis poenitentiis salutaribus.

2.^{0} Dispensandi, iustis gravibusque accedentibus causis, cum subditis etiam extra territorium, aut non subditis intra limites proprii territorii, super impedimento disparitatis cultus (excepto tamen casu matrimonii cum parte iudaica aut mahumetana); quatenus sine contumelia Creatoris sid fieri possit et ante nuptias pars non baptizata ad veram religionem adduci aut catholica ab ipsis nuptiis absterreri nequiverit, dummodo prius regulariter ad praescriptum *Cod. I. C.* can. 1061, § 2, cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia requisitis, et *ipse R. P. D. Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri*, scilicet: ex parte nupturientis non baptizati de amovendo a parte catholica perversionis periculo et ab utroque contrahente de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque falsi cultus ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem *Cod. I. C.* can. 1063, § 1; stricte caeteroquin servatis quae de parochi agendi ratione in casu statuta sunt in can. 1063, § 2. Quod vero attinet ad legitimationem prolis, prae oculis habeatur can. 1051.

Quod si partes actu in concubinatu vivant, provideatur opportunis modis ut scandalum, si adsit, removeatur et pars catholica ad gratiam Dei recipiendam rite disponatur.

In reliquis, quod refertur ad publicationes, interrogationes de consensu et sacros ritus, sive agatur de impedimento mixtae religionis sive disparitatis cultus, serventur praescripta *Cod. I. C.* cann. 1026, 1102, 1109; et huiusmodi nuptiis celebratis, sive in proprio, sive in alieno territorio, R. P. D. Ordinarius invigilet ut coniuges promissiones factas fideliter impleant.

3.^{0} Sanandi in radice matrimonia attentata coram officiali civili vel ministro acatholico a suis subditis etiam extra territorium, aut non subditis, intra limites pro-

prii territorii, cum impedimento mixtae religionis aut disparitatis cultus, dummodo consensus in utroque coninge perseveret, isque legitime renovari non possit, sive quia pars acatholica de invaliditate matrimonii moneri nequeat sine periculo gravis damni aut incommodi a catholico coniuge subeundi; sive quia pars acatholica ad renovandum coram Ecclesia matrimonialem consensum, aut ad cautiones praestandas, ad praescriptum *Cod. I. C.* can. 1061, § 2, ullo modo induci nequeat; exceptis casibus: 1⁰ in quo pars acatholica adversatur baptismo vel catholicae educationi prolis utriusque sexus natae vel nasciturae; 2⁰ in quo ante attentatum matrimonium, sive privatim sive per publicum actum, partes se obstrinxerunt educationi non catholicae prolis, uti supra: dummodo aliud non obstet canonicum impedimentum dirimens, super quo Ipse dispensandi aut sanandi facultate non polleat.

Ipse autem R. P. D. Episcopus serio moneat partem catholicam de gravissimo patrato scelere, salutares ei poenitentias imponat et, si casus ferat, eam ab excommunicatione absolvat iuxta *Cod. I. C.* can. 2319, § 1, n. 1⁰, simulque declaret ob sanationis gratiam a se acceptatam, matrimonium effectum esse validum, legitimum et indissolubile iure divino et prolem forte susceptam vel suscipiendam legitimam esse; eique insuper gravibus verbis in mentem revocet obligationem, qua semper tenetur, pro viribus tutandi baptismum et educationem universae prolis utriuspue sexus, tam forte natae quam forsitan nasciturae, in catholicae religionis sanctitate et prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Cum autem de matrimonii validitate et prolis legitimatione in foro externo constare debeat, R. P. D. Episcopus mandet ut singulis vicibus documentum sanationis cum attestatione peractae executionis diligenter cnstodiatur in Curia locali, nec non curet, nisi pro sua prudentia aliter iudicaverit, ut in libro baptizatorum paroeciae, ubi pars catholica baptismum recepit, transcribatur notitia sanationis matrimonii, de quo actum est, cum adnotatione diei et anni.

Mens autem est S. Officii ut Episcopus hanc facultatem per se ipse personaliter exerceat, scilicet nemini subdeleget.

ADNOTANDA. — 1⁰ *In singulis praefatis sive sanationibus sive dispensationibus concedendis, Episcopus vel Ordinarius expressam faciat mentionem Apostolicae delegationis (Cod. I. C.* can. 1057*).*

2.⁰ *Ordinarius in fine cuiuslibet anni referat ad S. Congregationem S. Officii de numero et specie dispensationum vigore praesentis Indulti elargitarum.*

Termin spowiedzi wielkanocnej i instrukcja o poście

Termin spowiedzi i Komunji św. wielkanocnej, oznaczony kan. 859, rozciągamy na mocy zezwolenia Stolicy Apostolskiej na czas od 1 niedzieli Postu aż do uroczystości św. Trójcy włącznie.

Według prawa kościelnego obowiązani są wierni do zachowania następujących przepisów postnych:

1. Wstrzymanie się od mięsa, czyli abstynencja obowiązuje w piątki całego roku z wyjątkiem piątków Wielkiego Postu, Suchych dni lub takich piątków, w które przypadnie jedna z wigilij niżej wymienionych, gdyż w te dni, oprócz wstrzymania się od mięsa, nakazany jest post ścisły. A zatem w zwyczajne piątki całego roku wolno jeść więcej razy do sytości, byleby nie używać pokarmów mięsnych.

2. Post ścisły, polegający na tem, by tylko raz na dzień jeść do sytości, a rano i wieczór przyjąć lekki posiłek, obowiązuje:

a) we wszystkie dni Wielkiego Postu, z wyjątkiem niedziel i świąt;

b) w kwartalne suchedni: we środy, piątki i soboty;

c) w 4 wigilje, a mianowicie: przed Bożem Narodzeniem, przed Zielonemi Świętami, przed Wniebowzięciem Najśw. Marji Panny i przed uroczystością Wszystkich Świętych.

3. W te wszystkie dni ścisłego postu wolno więc jeść tylko trzy razy dziennie i to raz do sytości. Ten główny posiłek (do sytości) można przenieść na wieczór, byleby rano i w południe poprzestać na lekkim posiłku. Co do jakości pokarmów wolno używać mięsa we wszystkie dni Wielkiego Postu, z wyjątkiem środy popielcowej i z wyjątkiem piątku i sobót każdego tygodnia w Wielkim Poście, ale tylko raz na dzień, przy głównym posiłku. W piątki i soboty Wielkiego Postu, tudzież w suchedni (środa, piątek i sobota), w wigilje wyżej wymienione, a nadto w środę popielcową, obowiązuje post ścisły i wstrzymanie się od mięsa.

4. Jeżeli dzień postny, n. p. wigilja przypadnie na niedzielę lub święto uroczyste obowiązkowe (ale nie w czasie Wielkiego Postu), to ustaje obowiązek poszczenia w tym dniu, ani też nie przenosi się postu na dzień poprzedni.

5. We wszystkie dni postne wolno używać nabiału, jaj i omasty z tłuszczu zwierzęcego.

6. Wolno przy tym samym posiłku jeść ryby i mięsne potrawy.

7. W Wielką Sobotę w południe kończy się post czterdziestodniowy, po południu zatem można jeść mięsne potrawy bez ograniczenia co do ich ilości.


8. Do zachowania abstynencji czyli od wstrzymania się od jedzenia mięsa obowiązani są wszyscy, którzy ukończyli siódmy rok, a do postu ścisłego ci, którzy skończyli 21 rok życia, a jeszcze nie zaczęli 60 roku.

9. Święta zniesione nie mają przywileju znoszenia postu (n. p. post przypadający w dzień Patrona miejscowego należy zachować).

10. Rządcy parafij mogą udzielać dla słusznej przyczyny dyspenzy od postu. Wikarych, którzy prowadzą kancelarję parafjalną, oraz katechetów względem nauczycieli, i ich rodzin i młodzieży swoich szkół, tudzież wszystkich spowiedników, ale tylko w konfesjonale upoważniamy niniejszem do udzielania dyspenz, o ile proszący przedstawią słuszne powody.

Kto korzysta z dyspenzy, niech złoży ofiarę na Bursy diecezjalne lub internat św. Józefa w Tarnowie; ubożsi niechaj odmówią Litanję Loretańską, albo 3 Ojcze nasz, 3 Zdrowaś Marja i 3 razy: „Któryś cierpiał za nas rany“ i t. d.

Kościół, zwalniając dawną surowość postnych przepisów, nie miał wcale zamiaru uwolnić nas od obowiązku umartwienia, jakie każdemu chrześcijaninowi jest potrzebne, a w dniach Wielkiego Postu wskazane. Kto zatem może i chce, niechaj pości po dawnemu, a spełni uczynek dobry, Bogu miły, a duszy swojej użyteczny.



Święcenia wyższe

otrzymują w bieżącym roku (subdjakonat 31 marca, djakonat 26 maja, presbyterat 29 czerwca) następujący alumni naszego Seminarjum duchownego:

1. Curyło Ludwik, ur. 21. X. 1908 w Kupieninie; 2. Drozd Franciszek, ur. 29. IX. 1906 w Żagorzycach; 3. Gondek Józef, ur. 10. VI. 1908 w Żdżarcu; 4. Gwoździowski Bolesław, ur. 28. VIII. 1910 w Mielcu; 5. Jagła Stanisław, ur. 19. IV. 1909 w Kijanach; 6. Jakubiak Władysław, ur. 25. III. 1908 w Kasince Małej; 7. Kolebok Franciszek, ur. 9. VII. 1910 w Górze Ropczyckiej; 8. Krzan Bronisław, ur. 4. VI. 1910 w Stróżach; 9. Kulinowski Marjan, ur. 4. VIII. 1910 w Gromniku; 10. Pacocha Stanisław, ur. 9. IV. 1909 w Tarnowie; 11. Płaneta Jan, ur. 25. III. 1909 w Radwanie; 12. Poręba Piotr, ur. 22. IV. 1908 w Mystkowie; 13. Sidor Juljan, ur. 17. III. 1907 w Wierchomli; 14. Solak Józef ur. 20. XI. 1910 w Biskupicach Radłowskich; 15. Szwedo Franciszek, ur. 10. X. 1907 w Głowie; 16. Wojdak Michał, ur. 15. VIII. 1909 w Bielczy; 17. Zydroń Józef, ur. 16. I. 1910 w Uszwi; 18. Żelawski Jan, ur. 14. V. 1909 w Słupiu,

Wiadomość o święceniu i nazwisku kandydatów ogłoszą P. T. Rządcy kościołów z ambony w IV niedzielę Postu i wezwą wiernych do gorących modłów na intencję mających przyjąć święcenia. Zresztą należy zachować przepisy kanonów 998, § 1, 999, 1000, § 1.

Rekolekcje

W roku 1933 odprawili rekolekcje w kl. O. O. Redemptorystów w Tuchowie, następujący P. T. Księża:

Babiuch Franciszek, Bialik Wincenty, Białek Ludwik, Białka Józef, Blecharczyk Michał, Bochenek Jan, Bochenek Stanisław, Cielenkiewicz Leon, Ciszek Jan, Curyłło Jan, Ćwik Michał, Dubiel Jan, Gawenda Antoni, Gnutek Wawrzyniec, Gruszkowski Michał, Jakubowski Jan, Jandziszak Józef, Jarosz Jan (jun.), Jarosz Władysław, Kantor Władysław, Kapłański Władysław, Karaś Jan, Kocjan Stanisław, Kowalczyk Władysław, Kozioł Jan, Kulik Jan, Lesiak Władysław, Mazur Kasper, Michałowski Bronisław, Osiecki Aleksander, Paciorek Jan, Pięta Jan, Przewłocki Stanisław, Pykosz Edward, Rogóż Aleksander, Rychlec Stanisław, Rysiewicz Jan, Rzepka Jan, Sarna Jan, Sitko Roman, Stach Jan, Skwirut Józef, Stary Piotr, Starzak Jan, Trytek Wojciech, Węgiel Władysław, Wnęk Adam.

Rozporządzenie Rady Ministrów

z dnia 28 stycznia 1931 r. Dz. U. R. P. Nr. 9, poz. 72 — o stowarzyszeniach służących katolickim celom religijnym i wyznaniowym.

Na podstawie art. 10 prawa o stowarzyszeniach z dnia 27 października 1932 r. (Dz. U. R. P. Nr. 94, poz. 808) zarządza się, co następuje:

§ 1. Rozporządzenie niniejsze dotyczy stowarzyszeń nieobjętych art. 9 pkt. a) prawa o stowarzyszeniach, a mających za cel podstawowy szerzenie zasad katolickich, jeżeli powstały za zgodą biskupa diecezjalnego lub już po ich powstaniu zostały przezeń aprobowane, nie mają charakteru pracowniczych związków zawodowych, a statuty ich (art. 12 i 19 powołanego prawa) przewidują nadzór biskupa nad działalnością stowarzyszenia.

§ 2. Stowarzyszenia, przewidziane w § 1, będą traktowane według postanowień prawa o stowarzyszeniach z poniższemi zmianami:

Postanowienia: art. 6 pkt. a) w zakresie celu podstawowego stowarzyszeń (§ 1), art. 18, z wyjątkiem pkt. b) w ust. 2 prawa o stowarzyszeniach, nie będą stosowane do tych stowarzyszeń.

Art. 14 będzie miał zastosowanie tylko, o ile dotyczy zgodności danego stowarzyszenia z prawem.

Zakładanie oddziałów stowarzyszenia, podpadającego pod § 1, może się odbywać drogą zawiadomienia właściwej władzy administracyjnej przez centralę stowarzyszenia Pozatem również do oddziałów stowarzyszeń zwykłych będą stosowane przepisy art. 41 prawa o stowarzyszeniach.

Co do korzystania z ofiarności publicznej stowarzyszenia zwykłe będą traktowane narówni ze stowarzyszeniami zarejestrowanemi.

§ 3. Właściwe władze państwowe za pośrednictwem władzy wojewódzkiej zawiadamiają biskupów diecezjalnych o wszelkich dostrzeżonych uchybieniach w działalności stowarzyszeń, przewidzianych w § 1.

§ 4. Rozporządzenie niniejsze stosuje się również do związków stowarzyszeń, jeśli te związki odpowiadają warunkom § 1, nawet gdy do związku należą stowarzyszenia nie objęte przepisem § 1.

§ 5. Warunkiem zastosowania przepisów niniejszego rozporządzenia jest zawiadomienie właściwej wojewódzkiej władzy administracji ogólnej przez biskupa diecezjalnego o udzieleniu przezeń zgody na założenie stowarzyszenia lub aprobaty dla stowarzyszenia już istniejącego.

Warunek ten uważa się za spełniony także, gdy, przy zgłoszeniu stowarzyszenia lub przy wniesieniu podania o rejestrację do właściwej władzy administracyjnej, zostanie złożony dokument, stwierdzający zgodę lub aprobatę biskupa diecezjalnego.

§ 6. Stowarzyszenia obecnie istniejące zgodnie z przepisami w dacie ich powstania obowiązującemi, a podpadające pod przepis § 1, będą korzystały z przepisów rozporządzenia niniejszego, jeżeli w ciągu 6 miesięcy od dnia wejścia jego w życie

uczynią zadość wymaganiom § 5, do upływu zaś tego czasu mogą uprawiać nadal swą działalność.

§ 7. Wykonanie rozporządzenia niniejszego porucza się Ministrowi Spraw Wewnętrznych w porozumieniu z Ministrem Wyznań Religijnych i Oświecenia Publicznego.

§ 8. Rozporządzenie niniejsze wchodzi w życie z dniem ogłoszenia.

Prezes Rady Ministrów: *J. Jędrzejewicz*

Minister Spraw Wewnętrznych: *Bronisław Pieracki*

W Tarnowie, dnia 10 lutego 1934.

Ks. Roman Sitko
kanclerz

† FRANCISZEK, Bp.

Nakładem Kleru Diecezjalnego — Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie